



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 23. Franciscanorum caussa contra Recollectos in Andegavensi Senatu agitata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

Sæc. XVII.

A.C. 1601.

## §. XXIII.

*Franciscanorum caussa contra Recol-  
lectos in Andegavensi Senatu  
agitata.*

Eodem tempore haud remissius con-  
troversia Franciscanos inter & Re- <sup>Thuanus l.c.  
mihi fol. 943,</sup>  
collectos in Andegavensi Senatu agita-  
batur. Hujus caussæ seriem ab alto  
repetere necesse est. Exurgit in Andi-  
bus Balmetæ ad Maduanam altero ab  
urbe lapide præclarum Monasterium in  
ipso saxo excisum, quod Renatus co-  
guomento Pius Siciliæ Rex, ac Andega-  
vensis Dux anno Christi millesimo  
quadragesimo quinquagesimo sexto  
Franciscanis dicaverat: cum autem  
anno Domini millesimo quingentesimo  
nonagesimo sexto F. Ludovicus Bene-  
dictus Turonensis ac Pictaviensis Pro-  
vinciæ Superior comitiis Ancenisi in  
Armorica celebratis statuisset, ut stri-  
ctioris observantiæ Fratres, quos Re-  
collectos vocant, pro restauranda pri-  
mæva disciplina præfatum Monasterium  
sibi vendicarent, hi supellectili vili pre-  
tio divendita Franciscanos durius ha-  
bere cæperant, quo circa Frater Ludo-  
vicus pro munericis sui ratione locum in-  
vifere statuit: ast ingressu injuriose ex-  
clusus est, cumque vis utrinque illata

*Hist. Eccles. Tom. LIII. E esset,*

Sæc. XVII. esset, Carolus Miro Andegavensis Epi-  
A. C. 1601. scopus urbis Prætorem aliosque, qui  
Recollectis favebant, in consilium vo-  
cat, reque cum illis collata decretum  
edit, quo Ludovicus Recollectos Bal-  
meta transferre jubebatur, controver-  
sia, quæ disciplinam spectat, ad Muti-  
nensem Episcopum Papæ Nuntium re-  
missa. Attamen Ludovicus ab hoc de-  
creto ad Senatum provocat, constitu-  
to Jacobo Augusto Thuano, qui eorum  
nomine, tanquam designatus totius Or-  
dinis in Francia defensor & Conser-  
vator, caussam ageret. Magna ergo utrin-  
que animorum contentione disceptatur,  
cum Pontificia auctoritas hac in causa  
verti putaretur, ac utraque pars po-  
tentest in aula Patronos numeraret. Ad-  
versus Recollectos perorabat Ludovi-  
cus Servinus, qui liberius, quam tem-  
porum ratio tulisset, Recollectos argue-  
bat, quod S. Francisci Regulam trans-  
grederentur, per quam ipsi pro alicu-  
jus loci possessione literas a Curia Ro-  
mana petere usque adeo prohiberen-  
tur, ut ubicunque recepti non fuerint,  
in aliam Regionem fugere deberent.  
Denique contra Episcopum & Jacobum  
Garnerium Recollectorum Balmæ  
Congregatorum Guardianum, qui An-  
degavensis Præfulis partes sustinebat,  
conclusit, quod rite ab Episcopi decreto  
appel-

appellatum fuisset, proin inter D. Fran- Sæc. XVII.  
cisci Fratres servato æquali jure, Re. A.C. 1601.  
collecti sese Ludovici Provincialis au-  
toritati ac censuræ subjicere, & di-  
vendita bona repetere tenerentur, salva  
tamen arctiore disciplina, quam iis-  
dem, si velint, observare integrum  
fore, dummodo sese diverso ab aliis  
habitu non distinguerent: His quoque  
additum, quod omnes Fratres juxta  
testamentum sui Sancti Patris sine Re-  
gis venia & Superiorum licentia regno  
exire non præsumant. Igitur irritato  
Episcopi decreto Franciscani in pristi-  
nam Balmetæ possessionem restitui, a  
Senatu jubentur. Attamen Andega-  
vensis Episcopus huic sententiæ minime  
aquiescendum ratus implorato Pontifi-  
ci Nuntii patrocinio a Rege diploma  
impetrabat, quo hujus rei cognitio  
Curiæ interdiceretur, ad Ecclesiasti-  
cum forum translata.

#### §. XXIV.

#### *Diffidia inter Jesuitas & Sacerdo- tes Anglos.*

Non modo profana Majestas cum po- Rapin de  
testate Sacra hoc anno collideba- Toyras hist.  
tur, sed inter ipsos etiam Sacerdotes d'Angl.  
jurgia præcipue in Angliæ Regno exur- tom 7. p. 522.  
gebant, occasione inde orta, quod reg- Thuan.  
l. 126.